

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

namque factus est reconciliatio non est inuentus filius illi qui
conseruaret legem excelsi. **B**enedictione omnium gentium
dedit illi et testamentum suum confirmauit super caput
eius. **C**ognouit eum dominus in benedictionibus suis conser-
uauit illi misericordiam suam et inuenit gratiam coram
oculis domini. **S**tatuit illi testamentum sempiternum et
dedit illi sacerdotium magnum et benificauit illum in gloria.

Plures facti sunt sacerdotes idcirco quod morte prohi-
berent permanere hic autem eo quod maneat in eternum
sempiternum habet sacerdotium. **T**alis decebat no-
bis ut esset pontifex sanctus innocens impollutus segregatus
a peccatoribus et excelsior celis factus. **O**mnis pontifex ex
hominibus assumptus pro hominibus constituit in his que
sunt ad deum ut offerat dona et sacrificia pro peccatis.

Sabia sacerdotis custodiunt sciam et legem requirent
ex ore eius quia angelus domini exercituum est. **D**edit do-
minus confessionem sancto suo excelsi in uerbo glorie
te omni corde suo laudabit dominum et dilexit deum qui
fecit illum. *Collecta de vno Confessore.*

Omnis qui hodiernam diem beati **N.** confessoris tui
atque pontificis sollemnitate dicasti preces quesimus
ut eius precibus peccatorum omnium indulgentiam consequamur.
Sancti confessoris tui atque pontificis. **N.**
nos domine quesumus annua festiuitas pietati tue faciat
acceptos ut nobis tue gratie misericorditer dona con-
cedas. *De Simplicio Confessore Capitulum.*

Iustus cor suum trahet ad uigilandum diluculo ad dominum
qui fecit illum et in conspectu altissimi deprecabitur.
Beatus homo qui inuenit sapientiam et qui affluit pru-
dentiam melior est acquisitione eius negotiatione aurum et
argenti. **B**eatus uir qui in sapientia sua morabitur
et qui in iusticia meditabitur et in sensu cogitabit circu-
spectionem dei. **D**ilectus deo et hominibus cuius me-
moriam in benedictione est. **S**apientiam omnium antiquo-
rum exquiret sapiens et in prophetis uacabit et in
uersutas parabolarum simul introibit mala et bona.